

**www.e-rara.ch**

## **Catecheses extemporaneae in quinque capita doctrinae christianae**

**Geiger, Mauritius**

**Typis Monasterij S. Galli, 1722**

**Stiftsbibliothek St. Gallen**

Shelf Mark: SGST 13160

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-102646>

Catechesis IX. Quoties, & quando sit audienda missa?

---

### **www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]



## CATECHESIS IX.

## Quoties &amp; quando sit audienda Missa?

## SUMMA QUÆSTIONUM.

1. Quoties & quando oportet audire Missam ex obligatione?
2. Quoties ex devotione?
3. Quod si cuiusdam impossibile accidat audire Missam, quomodo ejusdem particeps fieri poterit?

## MISCELLANEA.

Annon excusantur nonnulli ab audienda Missa die festo?

Q. I.  
Quoties  
& quan-  
do oportet  
audire  
Missam?

Singulis  
diebus  
Dominicis  
& festis.

Quæstio Prima: Quoties & quando oportet audire Missam ex obligatione?

R. Omnes fideles, qui ad annos discretionis pervenerunt, obligantur audire Missam singulis diebus Dominicis & festis.

De Dominicis statuitur cap. Missas de consec. dist. 1. Ratio est, quia cum plurima eo die mirabilia operatus sit Deus (eo enim die Christus natus, resurrexit, Spiritus S. missus, &c.) meritò illi hâc die specialis honor exhibetur.

De festis statuitur ibidem cap. si quis. & cap. & hoc, &c. Ratio eadem est, quia & isti dies

dies sunt dedicati cultui Dei, in memoriam & honorem Martyrum, &c. Et principalis cultus & festorum sanctificatio consistit in celebratione & auditione Missæ.

Considerans ergo Ecclesia præclaros fructus & effectus sacrificij Missæ, de quibus supra *Cat. præced.* fusè dictum, ne plurimam Dei, quàm sui negligentes per annum rarò aut nunquam Missas accederent. providè sanxit, ut singulis saltem diebus festis, & Dominicis devotè & integrè Missa audiat. Et quidem sub obligatione gravi, quia quæ sub titulo præcipui cultûs Divini introducta sunt, graviter obligant, magisque, quàm præceptum v. g. jejunandi. Unde transgressores *cap. Missas cit.* jubentur corripì, publicè confundi, & tandem excommunicari.

Verùm annon excusantur nonnulli ab audienda Missa, etiam die festo?

Maximè. I. Parvuli infra annos discretionis, tempus autem discretionis communiter assignatur, cum quis bonum à malo discernere novit; ex hoc enim certò signo colligitur usus rationis, qui facit hominem capacem peccati, obligatque ad honorandum Deum; adeòque parvuli, qui sunt capaces Sacramenti poenitentiae, videntur etiam obligari ad audiendam Missam. Alij tamen existimant

Et quidem sub peccato gravi.

Annon excusantur quidam ab audienda Missa die festo?

I. Parvuli infra annos discretionis.

non prius obligari præcepto Missæ, quàm Communionis. Verùm cum Communio maturius iudicium, & maiorem exigat devotionem, quàm Missa, citius ad hanc, quàm illam obligabuntur. De quo & sequentibus vide *March. in horto. tr. 4. lect. 14. de sacrificio Missæ in fine.*

2. Infirmi  
Decrepiti,  
Puerperæ.

2. Infirmi seu convalescentes, ne recidivent, decrepiti senes, qui comparantur infirmis, puerperæ post partum usque ad tempus pro consuetudine loci.

3. Notabilis Charitas excusat.

3. Notabilis Charitas v. g. ministrantes infirmis, in tantum, ut, licet inservire ægro necessarium non sit, bonâ tamen fide quis existimet præsentiam suam ægro multum expedire, non peccet mortaliter. Item mulier sciens, se à viro quopiam perditè amari, potest vel accedere Ecclesiam pro jure, vel domi marere ex charitate.

4. Loci distantia

4. Excusat loci distantia, maximè si ingruat tempus pluvium, &c.

5. Metus furti.

5. Metus furti, ob quem oportet unum è domesticis remanere ad custodiam domûs, quòd si tamen in locis illis habeatur altera Missa matutina, obligantur illi adesse. Item Metus verus alterius damni notabilis: v. g. metus Morbi ob frigus, contagionem in loco illo grassantem: Metus læsionis ab inimico: huc spectat metus

Aut alterius damni.

metus damni, si socij deferantur in itinere: Item expeditio gravis negotij, quod moram non patiat, &c.

Item expeditio gravis negotij.

6. Metus iacturæ honoris, rixæ injustæ ob eminentiorem locum, item si quæ honestæ foeminæ congruo vestitu adesse nequeunt, item imprægnatæ, si ab alijs adhuc reputantur honestæ, &c.

6. Metus iacturæ honoris, &c.

7. Jussio Heri, Parentum: sic sæpius excusantur Milites, custodes prædiorum, armentorum, nutrices, quibus Infantium cura commissa: famuli quoque, si verè necessaria jubeantur; prædicti tamen omnes licet obligentur ad diligentiam extraordinariam v. g. privando se somno, ut possint audire Missam, tenentur tamen ad ordinariam, & quam possunt adhibere maximam, ut Ecclesiæ quoque præcepto satisfaciant.

7. Jussio heri, Parentum &c.

Sed si famuli eo tempore jubeantur non necessaria?

Quid si jubeantur eo tempore non necessaria?

Si præter increpationem nil timendum sit, Missa audienda erit: si timeatur grave damnum v. g. dimissionis, dicendo se nondum audivisse Missam; quod si herus urgere pergat, parere licebit: & si frequentius id fiat, servitium deferendum.

8. Ignorantia invincibilis, maximè facti v. g. si inculpabiliter ignores esse diem festum, &c.

8. Ignorantia invincibilis.

Cæterum ut causæ istæ universim excusantes sint Legitimæ, non oportet esse affectatas, nec proprio tantum, sed viri etiam prudentis iudicio firmatas. Unde non quævis mala corporis dispositio, sed periculosa est causa excusans: neque omnis merus furti, cum vix domi habeatur, quod auferri possit, neque omnis infamiæ merus, aut quævis iussio Domini, neque omne negotium v. g. profectio ad nundinas, poma, scruta, calceos circumferendo, &c. sed gravieris momenti, ita ut tunc Ecclesia pia Mater non obligare vel le merito censeri possit.

**Q. II.**  
Quoties  
audienda  
ex devo-  
tione?

Quæstio Secunda: *Quoties est audienda Missa ex devotione?*

*R. Quotidie, si fieri possit.*

Quoti-  
die, si fie-  
ri possit.

Quia est  
memoria  
sacrificij  
cruenti.

Et quia  
per illam  
exhibe-  
tur honor  
Deo.

Incitamenta nimirum sunt itidem, fructus & effectus sacrificij Missæ, de quibus supra. Cum enim Missa nihil aliud sit, quam viva repræsentatio, imò iteratio sacrificij cruenti in Cruce, actualisque oblatio Corporis & Sanguinis illius, cum omnibus ejusdem laboribus, lachrymis, vulneribus, &c. annon æquum, ut quotidie accedatur? Cum per idem Missæ Sacrificium Deo immentæ Majestatis, & supremo Domino nostro debitus, & condignus honor præstari possit, ut fusè supra dictum, an non æquum, ut  
omni

omni die festo , imò quotidie accedatur ?  
Dicite dilectæ Deo animæ , quod maxi-  
mum vestrum desiderium , quid optatis  
unicè ? Ach si condignè Deum meum &  
Dominum meum honorare possem ? Ach  
si possem ? Ecce per Missæ sacrificium po-  
tes perfectissimè , & multò excellentius ,  
quàm laudent & honorent Angeli , imò  
quàm ipsi Cherubin dicentes sanctus , san-  
ctus , sanctus ; hos enim omnes superas ,  
quando cum Sacerdote sacrificas , & Chri-  
stum quasi manibus tenens Cœlestes spi-  
ritus superans , ad ipsum thronum Dei te  
sistens , æterno Patri eundem offers.

Cùm insuper per Missam debitæ & con-  
dignæ referri possint gratiæ pro tam innu-  
meris beneficijs , suprà commemoratis , an-  
non æquum , ut dictis diebus , imò quoti-  
die accedatur ? solùm hîc memoriâ repete  
beneficia specialissima , quòd Jesus tam ti-  
bi bonus & longè pijsimus , quòd tam  
specialia bona tibi contulit , maximè quòd  
tam patienter sustinuerit , & succurerit  
lapso , tótque gehennas promerito. Hem  
salvus & incolumis præsens adstas , cùm  
innumeri alij , multò minùs scelerati ,  
quàm tu , minùs ambitiosi , quàm tu , mi-  
nùs invidi , quàm tu , longè minùs veneri ,  
quàm tu , in abyssum nihilominùs proje-  
cti , reprobati que habitare compellantur  
cum

Et gratia-  
rum  
actio.

cum igne devorante, & ardoribus sempiternis: tibi verò Cœlum patet, & gaudium Angelorum, consortium & possessio Dei, & æternum! &c.

Et quia  
per illam  
remit-  
tuntur  
peccata.

Eorumq;  
pœnæ.

Quia in-  
finita im-  
petrantur  
beneficia.

Cùm insuper per Missam donum pœnitentiæ concedatur, & venialia deleantur, peccatorum quóque pœnæ remittantur, & longè quidem efficacius, quàm per multa alia opera bona, annon justum est, ut quotidie accedatur?

Cùm denique per Missam omnia à Deo bona impetrentur; spiritualia, mentis illustratio, ordinatio & inflammatio voluntatis, studium virtutum, præsidium contra vitia, &c. Corporalia quóque, augmentum bonorum temporalium, sanitas, honesta liberorum educatio, pax domestica, & externa, felix expeditio negotiorum, victoria hostium injustorum, copia frugum, serenitas, pluvia, &c. Annon æquum, ut non singulis tantùm Dominicis, & Festis, sed quotidie accedatur?

Q. III.

Quod si  
impossi-  
bile sit  
audire

Missam,  
quomo-  
do ejusdē

quis par-  
ticeps fie-  
ri poterit.

Si id desi-  
deret, in-  
tentio-  
nemq; eò  
dirigat

Quæstio Tertia; Quid si cuipiam impossibile accadat audire Missam, quomodo ejusdem particeps fieri poterit?

R. Omnino, dummodo id desideret, intentionemque eò dirigat.

Dixi, ab omnibus Domesticis audientem Missam quotidie: & si id impossibile, saltem à quibusdam, saltem ab uno, sal-

saltem aliquot hebdomadæ diebus, saltem uno die: si negotij causâ v.g. ad nundinas, aliò proficiscaris, prima cura sit inquirere Missam. Jam verò, qui Missæ realiter adesse nequeunt, hi quotidie manè sic orent. O mi Domine Jesu Christe, offero tibi omnia hodiernæ diei sacrificia, cunctaque, quæ unquam facta sunt, & fi-  
 ent intentione & formâ quàm perfectissimâ in memoriam & honorem totius vitæ, & amaræ Passionis tuæ, in memoriam & honorem sanctissimæ Matris tuæ, S. Josephi, S. Angeli Custodis, & omnium Beatorum, pro me & omnibus mihi commissis, amicis & inimicis, vivis & defunctis, præcipuè pro obturatis peccatoribus & infidelibus, ut illos illuminare, iterumq; ad unitatem veræ fidei Catholicæ reducere digneris; ut omnes te creaturæ colaudent, & ut amara mors, sanguis & sudor tuus in me & in alijs miseris peccatoribus non sit infructuosus, &c.

Oblatio  
Missæ  
mane, &c.

Denique & hoc ab omnibus observari cuperem, ut ubicunque au litur Elevatio-  
 nis signum, arator ad stipham, faber ad incudem, lapicida in fodina, nauta in lacu, &c. mox flexis genibus adoretis Christum, gratiamque & benedictionem super vos & super vestra petatis, &c. Exemplo Mulieris inf. in hist.

Ad pul-  
sum Ele-  
vationis  
ab omni-  
bus oran-  
dum.

RE.

## RECAPITULATIO.

HÆc de frequentatione Missæ, quoties & quando audienda, summa est. (1.) Ex præcepto singulis diebus Dominicis & Festis est audienda Missa, sunt tamen nonnullæ causæ excusantes. (2.) Ex devotione verò quotidie. (3.) Et si id impossibile, per intentionem bonam ejusdem fructus consequi licebit.

## EXHORTATIO.

Discimus  
1. diebus  
festis de-  
votè au-  
dire Mis-  
sam.

Discimus hîc Charissimi primò, devotissimè singulis diebus Dominicis & Festis audire Missam, tum propter tam eximios fructus; tum ut obediatur voluntati & præcepto S. Matris Ecclesiæ; semper enim bonos & obedientes filios, speciali à Parentibus benedictione donari novimus, & mille exemplis restatum fit, &c. Unde negligentes die festo Missas graviter puniti sunt, *Inf. in hist.*

2. Imò  
quotidie.

Discimus secundò, quotidie adstare Missæ & diem infaustum & perditum existimare, quo Missa neglecta est ob tories jam allegata motiva. Quapropter quisque paterfamilias desiderans in bonitate & simplicitate & justitia Deo servire, perpetuum insuper familiæ suæ tam in spiritualibus, quàm corporalibus experiri  
aug.

augmentum, crebrius hanc legem suis indicat: Audite liberi, famulæ, famulique mei, hæc sit lex domus nostræ, Missam quilibet quotidie audiat, alij summo mane, alij ordinario tempore; hæc lex sit super postes januæ inscripta, aut si omninò impossibile, saltem tu & tu nomine omnium accedite, &c. Felicem ego talem familiam, & de singulari assistentia Dei certam pronuntio, &c. Sed jam nonnullis objectionibus obviandum.

O B I E C T I O N E S.

Contra quotianam Missæ auditionem.

Objectiones contra auditionem Missæ.

PRIMA. Negotijs impediatur.

1. Impediatur, &c.

Dico. Hem Christus Salvator nullis omninò negotijs se impediri passus est, quin relictis omnibus suis commodis salutem tuam meditaretur, eamque morte acerbissimâ tibi compararet. Quid ergo te arcere possit à quacunque occasione honorandi illum, maximè per sacrificium Missæ? &c. Malè ergò dicunt quidam, deceret hodie audire Missam, sed an patiuntur id negotia? non sic (O bone,) non sic? sed sic; hodie & quotidie audienda est Missa, quomodo jam negotia secundum hoc expedire licebit?

Secun-

Secunda. Aspera nimis & molesta via est, tempus pluvium, &c.

2. Aspere  
via  
est, &c.

Dico, cum per sacrificium Missæ tam sublimia & copiosissima conferantur beneficia, æquum est, ut singulari & extraordinario labori non parcatur.

3. Dam-  
num inde  
acci-  
pio, &c.

Tertia. Damnum inde accipio, labor omittitur. Victum pro uxore, liberis, labore quærere oportet.

Dico. Impossibile est, ut propter Missam quidquam negligatur: ratio, quia non committeret Deus, ut quisquam propter opus tam sibi acceptissimum & sanctissimum damnificetur, nimis pius & misericors Pater est; sed multiplici potius, imò si opus, miraculosâ etiam providentiâ & benedictione supplebit omnia; inspirabit etiam alacriorem animum & vires, ut reliquo tempore ferventiùs & fortunatiùs labores, rem feliciùs distrahas, vegetior permanear, aut modo mirabili cooperabitur. Quære S. Isidorum, an aliquid exinde neglexerit? quære suctorem illum Alexandrinum, an vel ille damnum passus fuerit? de quibus *Catech. præced. in hist.* aut Winandum illum Leodiensem de quo mox.

Instabis, si certus essem, quòd Deus recompensaret?

Ita

Ita nimirum sumus constituti, si peractâ Missâ, à Tutore Ecclesiæ, singulis aureus porrigeretur, aut si Deus per Angelum eam pecuniam transmitteret, infinitus utique foret omnium concursus. Sed quæso ubi fides, ubi spes tua? An dubitas non posse Deum non retribuere? aut non fideliter staturum promissis? absit, nimis bonus est, infinitè potens est, perfectè fidelis est, summè sapiens & providus est. Piè ergo crede, spera & confide Deo, ejusque suavissimæ Providentiæ id committe. Ecce is est, qui Hebræorum vestes benedixit, & nunquam attritæ sunt: is est, qui benedixit Hydriæ farinæ & lecytho olei, & fluere non cessavit: is est, qui postea benedixit quinque panes, & 5000. hominum satiata sunt: is est, qui Apostolorum totâ nocte laborantium & nihil capientium rete piscibus implevit, ut penè rumperetur, &c. Credo ergo confide & Missam accede. Vide etiam sup. Cat. 6. quoties & quando communicandum. & inf. Cat. 13. quoties & quando confitendum.

Hæretici moderni Calvinistæ toti in eo sunt, ut presuadeant suis, si vel semel interfuerint sacrificio Catholicorum, & penè de grave commisisse sacrilegium, & penè de salute illorum conclamatum. Hoc roxi- cum præcipuè teneræ juventuti instil-  
lant.

Calvini-  
stæ, &c.  
Missam  
dicunt  
Sacrile-  
gium &c

lant. Sed nequitiae suae & perfidiae con-  
vincuntur, ex dictis *Cat. 1. & 2.*

## HISTORIAE.

Quidam  
tempore  
Missae  
obequi-  
tans Pra-  
ta sua a  
dæmone  
amputur.

PERUSINUS quidam dives Missarum tempo-  
reprata sua obequitare solitus, obvium  
habuit Dæmonem, hæc cum fremitu vo-  
ciferantem: Quia noluisti audire Missam  
in Templo Dei, audies lamentationes  
damnatorum in domo inferni simulque  
misererum de equo præcipitatum ad saxa  
allisit multa cum sanguinis effusione, qui  
hodièque ibidem spectari, nec tamen ablu-  
i potest. *Godesch. ser. 5. hyemal. & summa*

Ob simi-  
lem cau-  
sam mu-  
lier canē  
venaticū  
peperit.

*Prædic.*  
Uxor cuiusdam viri nobilis, qui diebus  
festis Missam negligere solebat, canem  
venaticum peperit.

Alius in  
cuniculi  
foramen  
attractus.

Alius Missæ neglector dum manum in  
foramen immitit, quo cuniculus se rece-  
perat, sub ipsam humum tractus, amplius  
visus non est. Vide *Fornerum super misere-  
re conc. 82. & Pinellum de sacrificio Missæ.*

Gerontia  
avocans  
filiam a  
Missâ,  
alapâ per-  
cutitur.

Gerontia, cum filiae suae S. Genovesæ  
colaphum infregisset, eo quod nollet ab-  
esse Missæ sacrificio, utrôque oculo capra  
est, usque dum post biennium filia ejdem  
sanitatem impetravit. *In vita S. Genovesæ.*

De

De S. Isidoro : item de Alexandrino De S. Isidoro, &c.  
 futore dictum cate. præced. Qualiter quoti-  
 die Missam audierit.

Leodienſis quidam Winandus nomine Winan-  
 exiſtens Hieroſolymis in die Paſcharis, dus pro-  
 poſtunam Miſſam ſocijs abire volentibus pter Miſ-  
 vium dixerat; Equum eſt, ut hodie Miſſas ſam, im-  
 u vo omnes audiamus. Verum illis nihilomi- menſum  
 iſſam nus abſcedentibus, ſequenti die inſeſtus eos ſpatium  
 ones inſequens virum habuit obuium cum equo, confe-  
 ſilque cui inſidere juſſus, eodem die in Patriam cit, &c.  
 ſaxa ponè villam ſuam depositus fuit. Cæſ.  
 e, qui l. 10. mirac. c. 2.  
 ablui

Mulier quædam desperatione agitata, Mulier  
 dum vice quâdam domeſticis omnibus ſub Ele-  
 vatione  
 abſcedentibus, ſuperiora domûs conſcen- orans à  
 dit, jam jamque collum laqueo inferere ſuſpendio  
 parat; audit elevationis pulſum, & pro liberatur.  
 more flexis genibus Pater & Ave orat, at-  
 que exinde ſeſe de laqueari ſuſpendit, ſed  
 momento diſrupto fune in terram illæſa  
 prolabitur, & tacta dolore ſupernaturali  
 intrinſecus cæpit reatum ſuum agnoſcere,  
 amarè flere, & poſthac Deo ſervire. Si  
 hæc mulier jam præſens adſtaret, quantâ  
 affectûs vehementiâ periculum ſuum ma-  
 niſeſtaret, & liberationis medium  
 vobis perſuaderet? &c.